

Band III., Nr. 585, Seite 38

Das Kloster Salem erhält sein von Stainmar, dem Sohne Rudolfs von Magenbuch, angefochtenes und an das Kloster Buchau übergebenes Besitztum in Bachhaupten aus der Hand der Äbtissin gegen eine genannte jährliche Zinsleistung zurück.

Ohne Ortsangabe, 1216.

Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, stili solent memoria perhennari. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod cum Swikerus miles de Pharribach possessiunculam quandam in Bahchoubeton, novem iugera continentem, de manu Henrici Gniftingi de Raderai iure feudali teneret, fratres de Salem, data pecunia, de manu Swikeri predictam possessionem comparabant, hoc simul agentes, quod H. predictus ius proprietatis quod ad ipsum spectabat monasterio Salem conferebat. Quibus rite peractis, Rödolfus de Magenbooch aliquid iuris in prefatis agris se dixit habere, placatus tamen fratrum precibus, omni querele omnique iuri suo intuitu monasterii renuntiavit. Decursis itaque XIII annis, quibus monasterium predictos agros pacifice possedit, Staimarus^a, filius predicti R., eosdem agros invasit, dicens patrem suum ipso inconsulto possessionem illam nemini conferre potuisse. Predicti itaque fratres, tempus malum redimentes, iuri suo magna ex parte cedebant et datis duabus libris hoc egerunt, quod Stainmarus una cum patre suo sepedictos agros monasterio in Buhcavgya conferebat, ipsique fratres iure perpetuo sub annuali censu sacri panni, quod corporale^b dicitur, sibi suoque monasterio de manu abbatisse eosdem agros receperunt. Ego Lvcarda abbatissa, hec tractans et promovens, sigilli nostri appensione roboravi. Anno incarnationis dominice M. CC. XVI.

Nach dem Diplomatar von Salem im GLA Karlsruhe, Bd. 1, Nr. LXXXIII, S. 126, mit der Überschrift *Privilegium Abbatisse de Bo^ohcowa . super agris in bacho^vbeton.*

 Die Urkunde ist nach dem Original im Staatsarchiv Sigmaringen mit unbedeutenden Abweichungen auch in Mitteilungen Verein Hohenzollern, Bd. 8, S. 14, gedruckt. Das der Urkunde anhängende Siegel ist nach dortiger Angabe beschädigt und undeutlich, vgl. die Siegelbeschreibung ebd.

^aSo im Diplomatar.

^bDas Diplomatar hat *corporali*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Sigmaringen

Signatur/Titel des Originals:

Ho 158 T 1 Nr. 1

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift im GLA Karlsruhe: Diplomatar von Salem Bd. 1, Nr.83, S. 126.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bachhaupten Wohnplatz (21201)
 Bachhaupten, Ostrach, SIG
 Bad Buchau Wohnplatz (17062)
 Bad Buchau, BC
 Magenbuch Wohnplatz (21219)
 Magenbuch, Ostrach, SIG
 Pfarrenbach Wohnplatz (20957)
 Pfarrenbach, Horgenzell, RV
 Raderach Wohnplatz (17897)
 Raderach, Friedrichshafen, FN
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)